

VIII

PACTA

1251 gennaio 27-febbraio 3, Grosseto

Il podestà di Grosseto giura di fronte al podestà di Siena di osservare i capitoli del patto e riceve il correlativo giuramento da parte del procuratpre speciale del comune di Siena. Seguono i nomi dei consiglieri del comune di Grosseto e degli uomini di Grosseto che giurano il patto.

Copia autentica dell'8 giugno 1335, ASS, *Capitoli 2*, cc. 28v-31r.

Originali (parziali), ASS, *Diplomatico Riformagioni*, 1250 gennaio 27 [c. 91]; ASS, *Diplomatico Riformagioni*, 1250 gennaio 27-febbraio 3 [c. 91].

Edizione (ASS, *Diplomatico Riformagioni*, 1250 gennaio 27): J. FICKER, *Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens*, vierter Band, Innsbruck 1874 (rist. Aalen 1961), n. 417, pp. 428-430.

Regesto ASS, *Capitoli 2: Inventario generale del R. Archivio di Stato in Siena. Parte prima (Diplomatico, Statuti, Capitoli)*, Siena 1899, p. 119.

Regesti ASS, *Diplomatico, Riformagioni*: A. LISINI, *R. Archivio di Stato di Siena. Inventario delle pergamene conservate nel Diplomatico dall'anno 736 all'anno 1250*, Siena, p. 404; G. CIACCI, *Gli Aldobrandeschi nella storia e nella Divina Commedia*, tomo II, Roma 1934, n. CDXXX, p. 161.

In nomine Domini amen. Nos Guerrucus quondam Cancellarii civis Senarum potestas Grossetanorum de consilio, consensu et auctoritate expressa spetialis et generalis consilii campane dicti communis more solito congregati in ecclesia maiori dicte civitatis, quorum consiliariorum dicte terre nomina inferius continentur, vice et nomine dicti communis nostra libera et spontanea voluntate, solempni et legiptima stipulatione interposita, convenimus et promictimus vobis domino Ventrillio quondam Guidonis Ventriiis de Pisis Dei gratia Senensi potestati recipienti nomine dicti communis Senarum et tibi Uliverio Gregorii sindico dicti communis pro dicto comuni stipulanti ad honorem domini nostri Imperatoris et domini Manfredi eius filii et communis Senarum salvare, guardare, manuteneret et defendere civitatem Grosseti et possessionem eiusdem apprensam a comuni Senarum ex assignatione inde comuni Senarum facta a domino Gualtero vel alio pro eo mandato imperiali et apprendendam, et iuvare et manuteneret et defendere comune et homines civitatis Senarum in retinendo tenutas et possessiones apprehensas et apprehendendas a dicto comuni Senarum vel ab alio pro eo de rebus predictis et de comitatu Ildibrandesco et spetialiter de redditibus et ipsos redditus olim pertinentibus ad curiam sicut intelligitur sine fraude, salvo tamen ipsi comuni Grosseti iurisdictione et dominio signorie, ita quod liceat comuni Grosseti per tempora eligere signoriam dicte terre quam voluerint¹ de civitate Senarum et quod de XXVI denariis qui annuatim debentur pro focolari a Grossetanis ipsum comune Grosseti et homines dicte terre quantum ad comune Senarum sint liberi et absoluti; et iuvare homines et comune civitatis Senarum defendere et recuperare bona fide sine fraude comitatum Ildibrandescum ipsi comuni Senarum assignatum ut dictum est ab omni persona et loco receptum et recipendum a comuni Senarum predicto; et iuvare, guardare et defendere pro posse civitatem et comune Senarum et omnes homines ipsius civitatis contra omnem personam et locum et res et bona ipsorum in Maritima et comitatu Ildibrandesco, excepto quod contra Imperatorem et dominum Manfredum predictum et filios et heredes ipsius Imperatoris; Maritima vero intelligatur ad hec: a Massa usque ad Portillionem et a Gessis de Saxoforte usque ad Fornoli et a Civitella usque ad Saxum et per Montamiatum ut vulgariter dicitur et usque Pitillianum et sicut trahyt flumen Arminis usque mare. Et non tollere nec tolli permictere alicui civi Senarum aliquod pedagium, guidam sive curaturam, ripam sive subripam vel aliquod loco ipsorum in civitate Grosseti sive eius fortia et districtu, et auferenti vel volenti auferre contrariare pro posse. Et non facere aliquod divietum per quod homines civitatis Senarum et

¹ Così nel testo.

districtus eiusdem non possint libere et secure emere et portare de civitate Grosseti et per eius fortiam et districtum ad civitatem Senarum res comestibiles et alia commertia et alias res quascunque, et contrariare volenti resistere pro posse; et facere divietum et prohybitionem de omnibus rebus tam commestibilibus quam aliis omnibus et singulis personis et locis, quibus comune Senarum fecerit vel fieri voluerit et quando voluerint, videlicet Montalcinensibus et Montepulcianensibus et aliis inimicis communis Senarum quos haberet per tempora comune Senarum; et dictum divietum servare et servari facere et non revocare vel revocari permictere sine licentia expressa communis Senarum. Et tenere amicos communis Senarum pro amicis et inimicos Senensium pro inimicis, et non facere sotietatem sive iuramentum vel pactum vel contractum aliquem vel aliquid aliud in fraudem predictorum cum aliquo inimico communis Senarum, vel aliquod menamentum tenere et spacialiter cum comitibus Guillelmo et Ildibrandino vel aliquo eorum vel alio pro eis vel filiis seu heredibus ipsorum sine licentia expressa communis Senarum. Et dictam terram Grosseti nulli dare vel concedere vel permictere quod detur vel concedatur nisi comuni Senarum, et maxime dictis comitibus vel alicui eorum vel alicui pro eis; et concedere dictam terram Grosseti comuni Senarum guarnitam et sguarnitam ad voluntatem dicti communis Senarum sine fraude; et eligere et habere rectorem sive potestatem in Grosseto et eligi facere per tempora de civitate Senarum illum tamen quem comune Grosseti elegerit sive voluerit, et non aliunde. Et predicta ponere et poni facere in costituto civitatis Grosseti, tenenda et servanda per singula et posita non tollere nec tolli permictere quin potestates Grosseti qui fuerint per tempora predicta tenere et observare teneantur, scilicet firma et illibata semper tenere iurent de rectoria in rectoriam in perpetuum. Et facere et curare ita quod omnes homines dicte terre sine fraude promicent et iurabunt predicta omnia et singula facere, tenere et observare. Que omnia et singula promictimus vobis dicto modo stipulationem attendere et observare et observari facere et nullam exceptionem iuris vel facti opponere contra ea // vel aliquod eorum sub pena mille marcarum argenti, quam vobis pro dicto comuni dabimus et dare promictimus si contrafactum fuerit et si ut dictum est in singulis non fuerit observatum, et pena data vel commissa predicta firma tenere, que totiens committatur quotiens contrafactum fuerit; pro quibus omnibus et singulis observandis obligamus nos et nostros successores et dictum comune et bona dicti communis vobis stipulantibus et recipientibus ut dictum est; et hec vobis facimus quia nobis pro comuni Grosseti et ipsi comuni pacta et conventiones infrascripta fecistis per sindicum communis Senarum superius ordinatum, renuntiantes condictioni indebiti et sine causa et rei sic non geste et doli et metus et in factum exceptioni et omni iuris et legum auxilio; et tactis sacrosanctis evangelii corporaliter iuramus dictum contractum et omnia et singula supradicta adtendere et observare et observari facere et contra non venire vel facere in perpetuum ullo modo. Et nos homines de civitate Grosseti infrascripti omnia et singula supradicta sub dicta pena mille marcarum argenti solempni et legiptima stipulatione missa promictimus et iuramus tibi dicto Uliverio sindico dicti communis Senarum pro ipso comuni recipiente actendere et observare per singula et dicta pena soluta vel commissa firma permaneant et sicut dictus potestas Grosseti promisit nomine dicti communis et fecit ita promictimus et facimus eodem modo.

Et ego Uliverius Gregorii Uliverii sindicus communis Senarum ut de syndicatu appareat per instrumentum publicum manu Padronis notarii nomine et vice dicti communis legiptima et solempni stipulatione interveniente convenio et promicto vobis Guerrucço Cancellarii potestati Grosseti recipienti et stipulanti nomine dicti communis iuvare et manutenere et defendere comune et homines de Grosseto et res et bona ipsorum ubicunque sunt in comitatu Ildibrandesco et Maritima, ita tamen quod Maritima intelligatur ut supra dictum est, contra omnem personam et locum et spacialiter contra comites Guillielmum et Ildibrandinum et filios et heredes ipsorum, excepto contra Imperatorem et dominum Manfredum et filium eius et filios et heredes dicti domini Imperatoris, et non facere pacem, pactum vel finem cum dictis comitibus vel aliquo ipsorum seu filiis ipsorum quin comune Grosseti non ponatur vel mictatur in pacem, et observare comuni Grosseti privilegium ab Imperatore eis indultum et omnes libertates et bonas consuetudines et spacialiter ab Imperatore eis concessas. Et non facere aliquam vim sive inferre comuni et hominibus de Grosseto de iurisdictione et dominio signorie dicte terre, et spacialiter de XXVI denaris debitibus pro focolari a Grossetaneis,

nec inferri permictere, salvis hiis que superius dicta sunt, et non auferre nec auferri permictere pedagium ab hominibus de Grosseto de urciolis et ollis et aliis similibus rebus minutis. Et predicta omnia facere poni in costituto Senarum tenenda et observanda per singula et posita non tollere nec tolli permictere quin potestas Senarum que fuerint per tempora predicta tenere et observare teneantur, scilicet firma et illibata semper tenere iurent de rectoria in rectoriam in perpetuum; que omnia et singula promicto vobis dicto modo stipulantibus actendere et observare et observari facere et nullam exceptionem iuris vel facti opponere contra ea vel aliquod eorum sub pena mille marcarum argenti, quam vobis pro dicto comuni dabimus et dare promictimus si contra factum fuerit et si ut dictum est in singulis non fuerit observatum, et pena data vel commissa predicta firma tenere, que totiens committatur quotiens contrafactum fuerit, pro quibus omnibus et singulis observandis obligo me tamquam sindicum et dictum comune Senarum et bona dicti communis pignori vobis recipienti et stipulanti ut dictum est et hec vobis facio quod domino Ventrillio potestati Senarum et michi predicto comuni pacta et conventiones fecistis supradicta ut superius continetur, renuptians condictioni indebiti et sine causa et rei sic non geste et doli et metus et in factum exceptioni et omni iuris et legum auxilio; et tactis sacrosanctis evangelii corporaliter iuro dictum contractum et supradicta omnia et singula actendere et observare et observari facere et contra non venire vel facere in perpetuum ullo modo.

Nomina consiliiorum dicti communis Grosseti qui iuramus tactis sanctis evangelii et promictimus tibi Uliverio sindico communis Senarum pro ipso comuni recipienti omnia et singula supradicta tenere et observare in perpetuum et contra non venire sub dicta pena mille marcarum argenti a nobis tibi solemniter promissa et modo superius nominato hec sunt: Ventura Ranerii camerarius dicti communis, dominus Ormannus Macçagalli, dominus Albertus Orlandi, // Angelus de Pisis, Marsoppus Sinibaldi, Bondellinus, Iohannes² Cenghiarelli, Donus Borghesi, Tudinus domini Bonacursi, Gherardus Bentivegne, Niccholaus domini Uguccionis, Bonfilius Ubaldi, Gallus domini Ormanni, Rodolfinus Ildibrandini, Primeranus Guaraldi, Petrus notarius, Venutus Florentinus, Iohannes Stroppii, Bandus Guidi, Iacobinus sartor, Uguccione de Roccha, Bonalbergus Rusticuccii, Cambius Portapera, Iohanninus tabernarius, Ugolinus de Columpna, Bencivenne Legatelli, Bonannus Herriguccii, Pilicone Porcaiole, Bonacorsus Aiuti, Bonalbergus Iacobi, Ranerius Pilliarne, Pisanus sartor, Bonaventura Longus, Inghilbertus Ranuccii, Ildibrandinus Bicçochini, Gratia Berengherii, Pierus Mergonis, Gualcherinus calçolarius, Matheus Mannelli, Micciolfus Foschepti, Ildibrandinus Maltallioli, Bonfillius Clarelle, Benectuccius notarius, Ranerius de Suvicille, Alamannus Biliotti, Fattiletus Benencase, Ugolinus domini Ranerii Pidollii, Ranerius de Aritio, dominus Tommasius Gherardi, dominus Ranuccius Tieçi, Mariscottus Bustaccii, dominus Bernardinus Mantis, Lucterius notarius, Rubertus Masturci, Dietaviva Baratte, Arengherius Menabue, Iohacchinus Alamanni, Uguicchio Ferrantis, Iohannes Guarnaldini, Pisanus Britii, Micuccius Uguccionis, Ranuccius Mesbelle, Cacciaguida Bonaguide, Dietisalvi Elie, Bernardus Vitalis, Bonaiuncta Focacciole, Farolfus Albertini, Amideus Ghichi, Parte Grossoli, Taldus de Bolgari, Uliverius Merctii, Ansaldus barberius, magister Iacobus medicus. Acta sunt hec in civitate Grosseti in ecclesia maiori, coram Donosdeo Guinisii notario, Guidone Iannini notario, Bernardino notario de Grosseto, Guillielmo notario, domino Forteguerra Guinisii, domino Filliano Monaldi, Cavalcante Guidi et Gentile Fortarighi testibus presentibus et rogatis.

In anno Domini millesimo CCL, indictione VIII, die sexto kalendas februarii. Hec sunt nomina hominum de civitate Grosseti qui iuraverunt et promiserunt Uliverio sindico communis Senarum recipienti pro ipso comuni omnia et singula supradicta modo superius nominato tenere, observare et facere et contra modo aliquo non venire sub dicta pena mille marcarum argenti ab eis dicto sindico promissa et pena soluta vel commissa predicta firma permaneant: I[al]acobus Valdigname, Bonensegna albergatore, Iacobus de Narni, Bentivegne Come, Dietaviva Paganelli, Albertescus Benencase, Rustichellus Pieri, Guido Ammanate, Dietaviva Brunelli, Albertinus Iohannis faber, Albertinus Iohannis Bocchagrossa, Angiolettus Angiolieri, Bonfilius Ranuccii, Abbandonatus

² Iohannes in margine interno con richiamo.

Martini, Bonadota Uliverii, Guido Bernardini, Tancredus Rustichelli, Cristophanus Boncompagni, Bertoldus Amirate, Vivianus Bonacorsi, Iacob Tenpi, Iacobinus Iacobi, Ventura Iohannetti, Boristorus Arrighetti, magister Guido de Segalario, Landinus de Montorsario, Dente Ranuccini, Gualfreduccius Gualercii, Barile Benencase, Bencivenne Ghisolfi, Bernardinus Martini, Bernardus Benencase, Buccius Lucchesi, Ugolinus Gudeccinus, Actoritus Dietavive faber, Bonacorsus Montanini de Monte, Lonardus Iohannis, Iuncta Bonaquisti, Sixtus Foschepti, Benedictus Iohannis, Iacobus Magaceti, Ugolinus de Bolgari, Albertinus Baschiere, Bonaventura Pieri, Bonannus Maioris, Guillielmus Dietavive, Bonaventura Maffei, Dietisalvi Nicchole, Faraboscus Ioseppi Riccholfi, Tedenus Buti, Ildibrandinus de Gello, Rusticone Vitalis, Martinus Iohannis de Yschia, Iohannes Pisane, Orlandus Albergate, Talomeus Chiare, Martinus Guidi, Dietavive Dietisalvi, Uguccione Bandi, Orlandus Ildibrandini, Pastolus Andree, Barfalus Ranteti, Martinus Guillielmi, Bonone Pieri, Bonaventura Iohannis, Camellinus, Salvuccius Guidi, Renaldus Palmerii, Bianchus Berengucii, Bencivenne Bartali, Bonristorus Martini, Ranerius Ugolini, Borgognone Martini, Micchele Bandi, Vitali Bernardini, Albertinus Iohannis, Maffeus Macchioli, Bonensegna Iohannini, Petrus Bonaventure, Lambertus Vite Salvi Palmerii, Martinellus faber, Bonifatius Iohannis, Sinibaldus Grossolini, Lam//bertuccius Alberti, Paganellus Iohannis, Iacobus de Roccha, Ranerius Tholosini, Bonacorsus de Caia, Bonaiutus Martini, Bonacorsus Albergate, Vitalis calçolarius, Rinovardus Ghimardi, Nicchola Marchi, Burnettus Florentinus, Bentivegna Gramerii, Albertus Iohannis, Mercatante Mafei, Iacobinus Maffei, Bonifatius Guillielmi, Ventura Menada, Bonaiuncta Doni, Preitanus Dainelli, Bonacorsus Iohannis, Bene Alfardi, Guido Bonacorsi, Bonicus Albertini, Brunicardus Pasqualis, Uguicchio Panelli, Ventura Guidi, Britius Dietisalvi, Nicchola Francigena, Rustichellus Uguiccionis, Accoltus Rustichi, Guittone Bernardi, Picciardus Gratiani, Guido Pasqualis, Filippus Orlandi, Bonacorsus Arnolfini, Passamonte Piovanelli, Sano Salvi, Riccius Scotti, Uliverius Tancredi, Guillielmus Frederigi, Ildibrandinus Guidi, Baldovinus de Civitella, Ristorus Bencivenni, Niccholaus Bonaguide, Pincianellus Gualcerii, Ammiratus calçolarius, Dietaviva Vitalis, Bonfillius Guidi, Ranuccius Salvetti, Salvester Ridolfini, Deitiguardi Iuffredi, Bernardinus Bindi, Gregorius de Arningocçi, Ventura de Caldana, Iudice Ugolini, Domenicus Marroni, Benefactus, Vivianus Giraldi, Ranuccius Palmerii, Bonaventura Gheçcarelli, Tramontanus Abbandonati, Arriguccius Arrighetti, Uliverius Bianchi, Bartalus Pieri, Iuncta Uliverii, Simone Tignosi, Martinus Pieri, Bonellus Albonelli, Dietaviva Albertini, Germanus Germani, Marianus piscator, Ranuccius Bonensegne, Lucterengus Savoretti, Lonardus Maffei, Ranuccinus faber, Francescus faber, Bonacorsus Ranuccini, Nercone Bernardini, Bonristorus Ciliani, Ugolinus Pilochi, Iacobus Boni, Aliottus faber, Bonaventura Galgani, Lonardus Venture, Ranerius Iacobi, Borristorus Guerrucçii, Dietaviva Ranuccini, Vitale Vitalis, Romeus Guaccepti, Fede Ildibrandini, Bonafé Tederigoli, Orlandus calçolarius, Acquistus Gualfredi, Burnettus Bello et Buono, Mercatante Pieri, Bencivenne Martini, Benepare murator, Bonellus filiaster Bonfilii, Iunta Scotti, Cambius Ildibrandini, Gherardus Çucchonis, Orlandus Petri, Iohannes Alamanni, Iuncta Donati, Ventura Chincanelli, Ricchomannus orafus, Ildibrandinus Pieri, Ambramonte Tignosi, Benetende Albertini, Dicevole Simonis, Orlandus Alfardi, Ghibertus Silvestri, Çaccharia Bonfiglioli, Siribellus, Ranuccius Vivençii, Palmerius Baronis, Ranuccius Paganelli, Lambertus Ildibrandini, magister Ugo de Sancta Lucia, Gilius Pieri, Iohannes Benedicti, Simone Amirati, Dilacurre mactonarius, Malfarsettus vinaiuolus, Bencivenne Alesandri, Ugolinus Ghocçii, Iohannes Martini, Barone Acti, magister Leonardus medicus, Ridolfus Iohannis candell[...], Martinellus Scafe, Bentivegna Gherardi, Bonfilliolus Mercatanti, Ventura Rinovardi, Bonacorsus Riccomanni, Vitalis Antiqui, Albertinus Buoni, Bonacorsus Venuti, Rustichellus Martini, Russus Buoni, Mercatante Advenuti, Iohannes de Abbadia de Fangho, Bencivenne Bonaiunte, Roggerius Benvenuti, Gratia Bencivenni Cherichi, Amdriolus Pieri, Ferruccius Iohannis, Vitalis Rustichi de Gello, Iohannes Rubei de Monteano, Dolcebuono Galgani, Çuccharellus Ghirardi, Ristorus Tose faber, Sinibaldus Ghirardi, Bonfilius Alessii, Bianchus Tignosi, Guido Bernardi, Lorençus lombardus, Bonfilliolus Iohannis, Benvenutus Cacciaguerre, Dainese Iacobi, Peritanus Vitalis de Scançano, Cristophanus notarius, Iohannes Turciani, Guido Bonacursi, Guidaloctus Henrici, Ventura faber, Martinus Conai,

Gualfredus Vitalis, Guido romagnolus, Bonacorsus Hente, Margarita Torrite, Rinovardus Bendebuonti, Dietifeci gener Çucchotti, Guido Amichi, Fidança de Montemassi, Bonristorus Pieri, Guido Albiçi, Tancredus Mainardi, Farolfinus de Buosari, Bonfilius Buiani, Iohannes Martini et Bonristorus Diedati. Actum in Grosseto, coram Buonamico Ugolini, Guidone et Donosdeo notariis testibus presentibus in anno et indictione predictis, die V kalendas februarii.

Item Piovanellus Angançonis, Ranuccinus Turchii, Ugolinus Bonafidei, Guido grassus, // Benedictus Iohannis, Andreas Mancini, Datus Palmerie et Bonaiuncta Orlandini. Actum in dicto loco, coram Bencivenne notario et Bernardino notario testibus presentibus in anno et indictione predictis, die IIII kalendas februarii.

Item Iannes Ascevole, Fidamça Aldibrandi et Bonsignore Accorsi coram Donosdeo et Guidone notariis testibus presentibus in anno et indictione et die predictis.

Item Ranuccius Martini, Petrus Durisii, Paganuccius Micchelis et Iohannes Albertini [coram] Viene Pieri et Guidone notario in anno et indictione et die predictis.

Item Dominicus Uggerii coram Guidone notario et Ranerio Mancino testibus die dicta.

Item Gherardinus Albertini, Guido Iannis de Sciano, Guiduccius dela Porcaiola, Ventura Mascan[...], Cinquanta Bonfilioli, Mencuccius Guidi, Donus Bonaventure et Tringuilla Basilii. Actum in dicto loco, coram Bonello Martini et Guidone notario testibus presentibus in anno et indictione et die predictis.

Item Bonamicus Iacoppi, Guacçarone Gre[...], Bencivenne Tancredi, Vitalis Camellini, Uliverius Trollii, Ildibrandinus vecturalis, Gherardinus Rabbini, Salvuccius Piovanelli, Ildibrandinus Bencivenni, Marcovaldus, Dietecus Fanti, Ranuccius de Stentelino, Taddeus iudex, Guillielmus iudex, Viva Benencase, Gualterius notarius, Benaccius, Matheus Villani, Sennus Diedati, Ugolinus de Montorsario, Bonristorus Porcaioli, Gottifredus, Ildibrandinus Vir, Bonamicus Dietisalvi calçolarii, Guido Grasse, Bonacorsus Signorette, Ranerius Rustichelli, Petrus Michelis, Bencampa Corigianus, Petrinus Amadoris, Benvenutus Provençani, Gratia Ulivierii, Orgese Genovesi, Iohannes de Bolgari, Uguccione Castellani, Guido Boniohannis, Iohannes Longhus, Macceus mariscalcus, Diedatus Iohannis, Omodeus Guidi, Rugerius carnifex, Ranuccius Guidonis, Iacobinus Belle, Carbone Pieri, Iohannes carnifex, Dietisalvi de Ruisian[...], magister Fortis notarius, Mainettus de Gello, Bonanus Castellini, Ventura Agnelle, Ubaldinus Ranerii, Navançatus Iordani, Gualandus Orlandi, Scottus Iohannis, Alexius Alamanni, Iacobus Antiqui, Iacobus Amirade, Fortis Naçolesi, Cavalcante Ranuccii, Tebaldus Siani et Bonfilliolus Porcus, actum in dicto loco, coram Donosdeo et Guido notario testibus presentibus in anno et indictione et die predictis.

Item Baldiccione barberius, Rustichellus Rustichelli, Guido Tanuccii, Vivianus Boninsegne, Tabernarius carnifex, Bernardinus Orlandi, Iohannes Cecilie, Grugnolus Ugolini, Bonifatius Corsi, Iacobinus Tancredi, Dietiuti Vectorii, Guillielmus Ranuccii, Gherardus Paganuccii, Bonus de Scançano, Palmerius Picchonis, Filippus Cresciute, Amadore Bonaguide, Salvestrus Bentivegne, Iohannes Iacoppi, Marchisellus Dominici, Dietisalvi Dietavive, Bernardus Guidi, Boniohannes Iohannis, Nicchona Valiriani, Bernardinus Bonaventure, Bonacorsus Ciotti, Calçuolus Guidi, Albertus de Bolgari, Bonacorsus Pillocchi, Cervonus Ugolini, Bonaventura Bonaventure, Benencasa Guidi, Ugolinus Bonaventure, Grossetanus Bonaiuti, Boristorus Albertini, Britius Burnaccii, Ventura Bonacorsi, Bonifatius Albertini, Signorellus Ildibrandinii, Bonadota Iohannis, Bonristorus Renaldini, Boniçus Renaldini, Uguiccio Albertini, Iacobus Ruggerii, Ildibrandinus Signorelli, Burnaccius Bandi, Pierus Paganini, Iohannes Tebaldi, Guido Insegne, Ricchomannus Ugolini, Benentende Bonaiuncte, Benedictus Pieri, Iacobinus barberius, Bonaventura Bernardi, Bernardus Bacuccii, Bianchus Martini, Chiarobia Iohannis, Ildibrandinus Elie, Ricchomannus Paganelli, Filippus Donati, Guido Vitalis, Dardone Ristori, Ildibrandinus Bencivenne, Cerbonus Bentivegni, Orlandus Batalla, Aquistus Martini, Amannatus murator, Ildibrandinus Ugolini, Bonfilliolus Ranerii Salvi Rossi, Albertinus Bellini, Bonacorsus Ranerii, Grannus Iohannini, Bonacorsus Grossoli, Guido Palmerii, Bonacorsus vinaiolus, Uggerius Dietiuti, Burnettus Bonaiuti, Ricobonus Alberti, Perinus Iohannis, Morellus Bonifatii, Ranerius Christofori, Bernardinus Iennarii, Micchele Beneventi, Ormannus Venture, Fidança Bonfillioli, Bonchristianus,

Ugolinus Petri, Tornanbellus Rodolfini, Laurentius Berte, Gerardus Pieri, Bartalus // Iohannis de Colompna, Salvuccius Gualercii, Iohannes Bencivennis de Selvole, Vivolus Martini, Iuncta Pisani, Iacobus Barilis, Maffeus Castellani, Bonacorsus Renaldini, Bonfiliolus Aramilie, Bartalomeus Paganelli, Bonacorsus Ranuccii, dominus Ubertinus iudex, Guido Paganuccii, Burnaccius porcarius, Millius Dietisalvi, Bifolcus Albertini, Iacobinus Corritani, Nericone Rustichelli, Uguiccio Nerii, Salembene Guerrerii, Micchele Bonadote, Marillianus carnaiolus, Riccomannus Gualfreduccii, Andreas Mathei, Gerinus Ciliani, Schianus Acti, Ugolinus Albertini, Ranuccius Bello et Buono, Tancredus Ridolfini, Deotaiuva Incontri, Bonaiunta Albertini, Palmerius Vernaccii, Dietaviva Burnaccii, Maffeus Renaldini, Maffeus Guidi, Bonaventura Baccialerii, Compagnus Buonastate de Aritio, Bonfilius Venture, Uliverius Foscarelli, Ventura Salvestri, Iohannes Insegne, Francescus Maçarini, Gualterius Castellani, Spinellus Alberti, Guido Benecase, Iacobus Guillielmi, Martinus de Massa, Ugolinus Piccoli, Bonacorsus Uliverii, Martinus Ruffaldi, Renaldus Rossi, Ventura Tancredi, Iohannes Menade, Laurentius Gratiani, Gherardus Ildibrandini, Daynellus pelliparius, Bonannus Benade, Uguiccio Sacchi, Andreas Mannelli. Actum in dicto loco, coram domino Ranerio Mathei et Donosdeo et Bernardino notariis testibus presentibus in anno et indictione et die predictis.

Item Rodolfinus Biçochus, Bonaiutus Stephani, Barone Spinelli, Ildibrandinus Sparverius, Donatus Martini de Pisis, Correccia Benvenuti, Guido Rustichi de Cinisciano, Bandinus piscator de Pisis, Alamannus Alamanni Biliotti, Cioccholinus Cioccholi, Bonaiuncta piscator, Carlectus carnaiolus, Boncompagnus Pieri, Benencasa Guidi, Fidança Poleschi, Bettus Benencase, Bonannus Nerii, Guido Boniçi, Guido Bernardini, Piccus Guidi, Bonaiuncta Dietaiuti, Periccial Lombardus, Bencivenne Compagni. Actum in dicto loco, coram Guidone et Bernardino notariis testibus presentibus in anno et indictione et die predictis.

Item Dietaviva de Scançano, Santese Ildibrandini, Bonamicus Signorelli, Guido Bello et Buono, Arrigus Barilis, Francescus de Porrona, Rinovardus Ginotti, Iacobinus Iohannini, Bonacorsus Berardenghi, Iacobinus Gerardini, magister Aiutus, Guido Guidi, Ildibrandinus Martinelli, Bonensegna carnifex, Ildibrandinus Arrigoli, Vivianus Bernardini, Iohannes Pisanus, Boncompagnus Alberti, Iacobus Pacis, Ugolinus Gualfreduccii, Orlandectus Orlandi, Provençanus Aimerigi, Guido Salvi, Cristianus Bernardi, Perone de Colecchio, Nericone Palmerii. Actum in dicto loco, coram Donosdeo notario et Ricchorevoli testibus presentibus in anno et indictione predictis, die III kalendas februarii.

Item Ranerius Alamanni, Signorellus Gualcherini, coram Bernardino notario et Ugolino Raneri testibus presentibus in anno et indictione predictis, die II kalendas februarii.

Item Bonone Gherardi, Cacciaguida Tignosi, Bonaiutus Martinelli, Bartalus Viciençii, Bernardinus Folegni, Benectuccius Paganelli, Britius Maffei. Actum in dicto loco, coram domino Bonafidança Renaldi et Donosdeo notario testibus presentibus in anno et indictione et die predictis.

Item Ianninus Stefani, coram Maggiano Arecçoli et Iohannino Iohannis testibus presentibus in anno et indictione et die predictis.

Item Abbas domini Manni. Actum in dicto loco, coram domino Bernardino iudice et Benvenuto Belotti testibus presentibus in anno et indictione predictis, die III nonas februarii.

Ego Ranerius quondam Toscani notarius predictis omnibus interfui et ea omnia scripsi et publicavi rogatus.